



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Participioru[m] resolutio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

ut ait Lanci. ut formā, ita figurā omisit, Species ideo participij acci-  
dentibus non annumerat (ait Lanci.) quia accidens datur cū uariat.  
Iam omne participiū est deriuatiue species. Inuētū est participiū bre-  
uitatis gratia & uenustatis, quia uenustius, breuiusq; dicitur. Ventu-  
re memoresiā nunc estote senectē, q̄ senectē que ueniet. Interim etiā  
adiungi uidet necessitas, ait Valla. Veluti mulieres ornāt se ne uidē-  
tes hoies eas derideant, ridiculus esset sermo ne uideant & derideant  
siquidē nō ornant se ne uideant hoies diceret sophista, licet copulati-  
ue hoc esset falsum, nō tamē copulatiue. at nugari hic nolo,

### Participiorū desinentiē.

Participia actiue, aut passiue aut neutraliter significāt, ut amās, ama-  
tus, sedēs. desinentiē sunt septē ans, ens, p̄sentis tēporis. Tus, sus, xus. p̄-  
teriti. Rus, dus, futuri. Mortuus, Augustinus uult esse nomē, ait Lan-  
cislo. alij participiū. Quęcūq; carent ijs, unde participia formarentur  
carent ijs ipsis participijs, ut si studitū non sit supinū, neq; studiturus  
erit participiū, studitū, Diome. negat dici, fruēs in Cicerone lectū est  
nasciturus nō naturus licet natū sit supinū, oriturus, licet ortus nōn  
oritus, moriturus quoq; sed de his in alio libro late disputauimus.  
Sibila lambebant linguis uibrātibus ora, ait Virgi. ubi Serui. sibila  
inquit participiū est nō nomē pro sibilātia. Ego dico esse nomē fun-  
gens officio participij, ut in. ij. ænei. Et si fata deū, si mens nō leua sus-  
illet, fata (inquit Serui.) participiū est, id est que dñ loquūtur. Stati.  
Et uocem fata loquūtur. Participia p̄sentis tēporis significāt acti-  
ue, aut neutraliter, nisi exulans, uapulans &c. Virgilius tamē plau-  
stra uoluentia dixit pro que uoluuntur, in quo imitatus est grecos,  
quia apud latinos passiuū generis uerba, participijs carent p̄sentis  
temporis. Pœnitens pœnitendus &c. recte dici ante probauimus, et  
talīa in dus nomina sunt cū datiuo meminēs, in Plauto legitur, sed  
repudiātū est, ut siens & siendus. licens autē & licitus nomina sunt.  
Virgi. Et licito tandē sermone fruūtur. Vbi p̄sens est & non p̄s-  
teritum. Interdū utimur pro p̄terito quod non est, p̄senti. Cice.  
in Bruto. Cum e sicilia decedens Rhodū uenissē. hic non dixit, p̄s-  
ciscens, sed p̄fectus si quis tamē hoc pacto loqui uelit faciat, sed par-  
ce inquit Valla. Cice. lib. iij. offi. Si exempli causa uir bonus Alexā-  
dria p̄fectus, magnū frumētū numerū rhodū aduexerit. Nunc ad  
participij resolutionē respiciamus.

### Participiorū resolutio.

Participiū resoluūt in relatiuū & uerbū. Virgi. Post aliquot mea res-  
gna uidens mirabor aristas. i. qui uidebo, uel quū uidebo, q̄ p̄sens

Q̄ ij



trahitur ad uerbū cui coniungit. Petrus qui amat, doctus est. hic participio uti non possumus, sic Petrus cui inferuiui est ingratus. Ornatio autem oratio est per participia, supina & gerundia ubi fieri potest, ut uir bonus uitia fugiēs, uirtutē amplexādo cœlū lucrā. Etenim quoties antecedenti statim relatiuū postponit, sine relatiuo pulchrius loquimur, ueluti homo qui amat legit, homo amās legit, homo qui est liberalis laudat, homo liberalis laudat, neq; dicas homo est liberalis &c. nisi rusticior uideri uis. Ideo sunt plurima in lingua uernacula, quę sic latine dicerent ineptissime, quod declaret diligēs præceptor in his & similibus. Fratres gemini plerūq; sūt ceteris debiliores. uidi Badiū hominū doctū. legi Virgilij bucolica principis omnium poetarū. uidi præceptorē mihi irascentē. uenio cenaturus &c. Obiurgabor. nō te lateat, ubi dicunt, mitto te scire, sine lapidē iacere, Male habet, non male uadit &c. Ne pueri popinarie, aut culinaria loquntur, diligēter edoceatur. Ego te uirgis cœsum in pistrinū reddam. Petrus Iohannē apprehensum capillis humi sternens, in luto uolutauit, sic elegantissime loquimur, ut per ablatiuos qui resoluuntur in dum, quia &c. de quibus iamiam dixero.

**Cōsequentia siue ablatiui absolute positi.**

**Rite duos sextos pono signando sequelam.**

**Discunt discipuli me præceptore docente.**

Participiū itaq; resoluit aliquādo in uerbū & aduerbiū uel coniunctionē dū, quādo, quia, si, postq; &c. de hac re datur hæc regula. Quoties duę orationes notatiui & uerbi sic se habēt, ut alteri apponatur talis particula dum, quū, postq; &c. lepide priorē mutamus in duos ablatōs, uel si mauis septimos, ut magi postq; aperuerūt thesauros suos obtulerūt munera, sic lepide dicit. Magi apertis thesauris suis obtulerunt munera. Præceptore Virgiliū interpretati, proficio, lectis sacris, reuertor animi causa ad poetas. Me tuo lōgas uigilate noctes lydia dormis. cœna facta cātamus, me docente discis. Magistro recituro Petrus iūit in forū. i. dum magister paratus erat legere. Luca. Vēturō cæsare Romā ignauę liquere manus. Ad aliū sensum sic male loqueremur, ut notauit Lanci. sed potius sic, me docente disces &c. Dicitur autē cōsequentia uel sequela, quia alterū ex altero referi, licet logiculi reclamēt, ueluti sole lucēte euanescent tenebrę. Dicunt ablatiui absolute poni, quia sequēs uerbū non declarat, ideo neq; ab ipso regunt, sed a regimine soluuntur. Sunt huius sequelę certi modi. Aut enim alter ablatiuorū est nomē, alter participiū. Boe, lib. ij. de cōsolatu philosophico. Nouimus quātas dederit ruinas Vrbe flāmata patri